



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Primum. Turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plus vendat, vel quid sit
vsura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

habuerunt eius clerici iterum eosdem habere volumus. Hoc enim decretum obseruari iubemus, vt restituto Athanasio suæ ecclesiæ, communicatores illius idem habeant officium quod antea possederunt, quo & ipsi se gaudeant prorsus restitutos esse.

His literis a Constantio acceptis itineri sese accinxit : interea magno omnium catholicorum luctu Constantem imperatorem a Magnentio mense Martio anni 350. occidi contigit. Quod cum Ariano lato animo accepissent, Athanasium adhuc in itinere hærentem, quasi per obitum patroni sui interceptus esset, territare conati fuerunt. Constantius vero imperator ista audiens, per literas quas infra subiungemus, illum bono animo esse iubet. Exemplar earum hoc est :

Victor Constantius Augustus Athanasio salutem.

VOTVM meum fuisse vt omnia ex sententia fratri meo Constanti procederent, neque vel tuam conscientiam latet. In quanto autem mœrore fuerim, cum didicissem eum a quibusdam impiis sublatum esse, facile iterum tua prudentia diuinauerit. Ceterum quia nonnulli sunt in hoc luctuoso tempore, qui te terrere satagunt, ideo has literas tuæ firmitudini porrigendas censuimus, quibus tibi auctor sum, vt, quemadmodum episcopum decet, ea quæ ad sacram religionem pertinent, populos doceas, tuisque consuetis precibus vaces, neque vanum rumorem ferentibus credas, quicumque etiam fuerint. In nostro autem animo fixum est, vt secundum nostram voluntatem perpetuo in sede tua episcopus maneat. Diuina prouidentia te plurimis annis conseruet, parens carissime.

DECRETA IULII PAPÆ I. DECEM
IUXTA GRATIANVM ET IVONEM.

PRIMUM.

*Turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plus vendat,
vel quid sit usura.*

14. q. 4.
Quicum-
que tēpote.

QVICVMQVE tempore messis vel vindemiæ non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam

nam vel vinum, verbi gratia, de duobus nummis comparat modium vnum, & seruat vsquedum venundetur denariis quatuor aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

SECUNDVM.

Reus est animarum presbyter, qui penitentiam morientibus abnegat.

Si presbyter penitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum, quia Dominus dicit: *Quicumque die conuersus fuerit peccator ad penitentiam, vita viuet, & non morietur.* Vera enim confessio in ultimo tempore esse potest, quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est: sicut latro, vnius momenti penitentia, meruit esse in paradiso in hora vltimae confessionis.

TERTIVM.

Post mortem alicuius nullus de eius consanguinitate sponsam accipiat.

Si quis desponsauerit vxorem, vel subarrauerit, & siue praeuiente die mortis, siue irruentibus aliis causis, minime eam cognouerit, neque eius superstes frater, neque vllus de consanguinitate eius, eamdem sibi tollat in vxorem vlllo vnquam tempore.

QUARTVM.

Licet seruo matrimonia contrahere.

Omnibus nobis vnus est Pater in caelis, & vnusquisque diues, pauper, seruus, & liber, aequaliter pro se, & pro animabus eorum rationem reddituri * sumus. Quapropter omnes, cuiuscumque conditionis sint, vnam legem (quantum pertinet ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes vnam legem habent, ergo sicut ingenuus dimitti non potest, sic nec seruus semel coniugio copulatus vltius dimitti poterit.

volumus.
stituto A-
idem ha-
& ipsi se

interea ma-
orem a Ma-
cum Ariani
haerentem,
conati fue-
litteras quas
mpilar earum

tem.

fratri meo
conscien-
cum didi-
facile ite-
a nonnulli
fatagunt,
ensuimus,
episcopum
, populos
eque va-
tiam fue-
dum no-
s maneat.
t, parens

CEM
M.

endat,

a non ne-
rat anno-
nam